



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

96. Si quis insaniens hominem occiderit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

Qui propter cupiditatem Judæum vel pag-
num occiderit. *Ex Concilio
Mogontiacensi.*

XCV. Qui odij meditatione, vel propter Concl. Vvor-
cupiditatem, Judæum vel paganum occiderit, mac. c. 27.
quia non leve vitium committitur, ut homici- Burchard. lib.
dam convenit pœnitere; quandoquidem nec 6. c. 33.
exteris gentibus, nisi oblatam pacem respu-
rint, bellum est populo antiquo penitus infer-
re præceptum.

Si quis insaniens hominem occiderit.
Ex eodem.

XCVI. Si quis insaniens aliquem occide- Concl. Vvor-
rit, si ad sanam mentem pervenerit, levior ei mac. c. 28.
pœnitentia imponenda est quam ei qui sana Burchard. lib.
mente tale quid commiserit. Cui quamvis pœ- 6. c. 15. & a-
nitentia sit imponenda, quia ipsa infirmitas pud Gratian.
causa peccati, licet fortassis occulta contigisse 15. q. 1. c. 12.
creditur, tanto tamen sit levior quam ei qui
sanus aliquem occiderit, quantum inter sa-
num & insanum, inrationabile à rationabili
constat esse discriminis.

Si plures unum hominem occiderint. *Ex
Concilio Mogontiacensi.*

XCVII. Si quatuor aut quinque homines Burchard. lib.
seu etiam plures contra unum hominem rixa- 6. c. 42.
ti fuerint, & ab his vulneratus mortuus fuerit,
quicunque eorum plagam imposuit, secun-
dum statuta canonum ut homicida judicetur.